



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismus
Catholicus, summam Christianæ institutionis III. libris
succinctim complectens**

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

Orare pro mortuis, an sit traditio humana. tit. 237

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

cū manet, charitas nō excidit, idēd sumus alter alterius, & quotquot credimus viuentes, & quotquot ceciderunt, & iam apud Deum regnant, sunt inuicē membra. Vt igitur iure naturæ membro membrū cōpatitur, si dolet: aut si gaudet, congaudet, 1. Corinth. 12. & non est schisma in corpore. Igitur sic erga nos affecti sunt sancti, cupientes nostram salutem naturaliter, & hęc illorum cupiditas est oratio illorum pro nobis, & quatenus sunt ex omni parte corū appetitur satiati: idēd exaudiuntur Psalmorum . 16. Satiabor cum apparuerit gloria tua &c. & sic cupiunt nostram salutem & petunt.

Sic nos in terris ex eadem lege charitatis cupimus & oramus lingua, voce & mente pro defunctis membris, vt si sunt in pœnis, liberentur ex misericordia propter CHRISTUM. Sancti in cœlis mente orant pro nobis, quia linguam aut vocem non habent, vsque ad resurrectionem carnis. Vt autem sic oramus, vt à peccatis, id est, pœnis pro peccatis liberentur, docet scriptura 2. Machab. 12. vbi dixit ille Machabæus: Sancta & salubris est cogitatio & cetera. Et quoniam mortui fideles adhuc sunt nostra membra, idēd nos pro ipsis oramus, & beati pro nobis orant, & cetera, sic credit Ecclesia Catholica.

ORARE PRO MORTUIS

an sit traditio humana.

TITVLVS CCXXXVII.



MOTandum primò, quod scriptura dicit 2. Machab. 12. quòd sancta & non nefaria, & salubris, & non innanis sit cogitatio & opus pro defunctis exorare, vt à peccatis (id est, pœnis peccatorum) absoluantur, & idēd fortissimus Iudas collegit . 12. milia drachmas argenti, & misit eas Hierosolymam ad ministros templi, vt offerrent sacrificium id est, orationem

tionem pro peccatis, id est, pœnis interfectorum, vt liberentur, sic etiam apud Iudeos mos erat orare pro mortuis. Sed sectarij libenter bona relicta parentum & amicorum possident sed de suffragijs rident, & cœtera.

Secundò, inquit scriptura, quòd Iudas benè & religiosè sensit de resurrectione, scilicet, quòd animæ interfectorum nondum essent occisæ, eò quòd spiritus & anima non potest occidi, sicut dicit CHRISTUS: Nolite timere eos qui occidunt corpus & cœt. Subinde, quòd corpora iterum suscitarentur in nouissimo die, sicut & Christus dicit Ioann. 6. Nisi enim hanc habuissent fidem, tunc superfluum & vanum fuisset orare pro mortuis. Sed quoniam sciebat quòd illi qui in pietate fidei in futurum Christum optinam haberent apud Deum repositam gratiam, licet essent secundum corpus mortui, hinc illud fecit & cœt. ex illo loco scripturæ sunt vigiliae, Missæ, suffragia pro mortuis docenturque prodesse defunctis.

Tertiò, hoc sciendum est, quòd nostra suffragia, vigiliae, Missæ, orationes, & cœt. Eleemosynæ non sunt saluatores & liberatores animarum à pœnis ex opere operato, sed sunt media, per quæ nos Deum exoramus, vt propter effusum sanguinem Iesu Christi eas liberet, ipse est propitiatio pro peccatis nostris, 1. Ioan. 2. De plenitudine Christi oportet accipere omnes, Ioann. 1. Et quid sunt vigiliae, Missæ, nisi verbum Dei quibus admonemur ad mortē, & gratias agimus deo, quòd hic frater mortuus benè conclusit in fidem Christi finē suum, & vt quoque nobis concedat illud? Sed hæc omnia peruertit hæretica inuidia, & cœtera.

Quartò inquires: Sectæ hanc scripturam Machabæorum non recipiunt, dicunt, quod non sit canonica vel authentica scriptura. Respond, quid ergò? nūquid rejiciam Euangeliū Christi, & Epistolas Apostolorum;

lorum, quoniam Iudæi & gentes eam nolunt recipere: Nunquid propterea Christus non est saluator, quia Iudæis scandalum est & gentibus stultitia: 1. Corinth. 1. absit, incredulitas illorum, non euacuat fidem nostram, Roman. 3. Satis nobis sit, quod Ecclesia catholica edocta à Spiritu sancto, sic docuit & credit de suffragijs & Purgatorio mortuorum, & omnes catholici consentiunt & subscribunt huic sententia. Quid nobis de illis qui extra Ecclesiam sunt, 1. Cor. 5, Eos qui foris sunt, Deus iudicabit &c. Non est igitur traditio humana, orare pro defunctis, ut dictum est, sed ex scriptura desumpta.

*PURGATORIUM AN SIT IN
scripturis fundatum.*

TITVLVS CCXXXVIII.



Orandum primò, quòd hæc quæstio iam annis plus mille fuit mota in Ecclesia, ubi yna pars, id est, sectarum, quæ Ecclesiam negauit, altera pars catholica affirmauit: & quoties aliqui desciuere ab Ecclesia, tunc in odium cleri negabant Purgatorium. Sic scribit Augustinus in libro ad quod uult Deum de heresibus, de Aërio. Sic Arriani, Vniclephista, Pauperes de Lugduno, Picardi, Vvaldenses, &c. Ideo cū temporibus Augustini ipsi objiceretur à Donatistis hæc quæstio: respondit lib. 2. de cura agenda pro mortuis, Quòd sic, nempe quòd sit Purgatorium, & in scripturis fundatum, 2. Macha. 12. Sancta & salubris &c. Hæc scriptura sibi sufficit.

Subindè cū Ambrosio hæc quæstio objiceretur: respondit, Quòd sic, & probat hæc scriptura, scribens in Psalmū 118. Transiimus per ignem & aquam, & eduxisti nos in refrigerium. Per ignem & aquam notat genera pœnarum, & liberationem per refrigerium, id est orationem fidelium. Sic B. Gregorius affir-